

scaen. ed. V. Lipsiae in aedibus B. G. Teubneri 1869) adiunxit et in praefatione ad Aeschyli tragoedias (V. ed. Lipsiae 1865) protulit. Reliquorum librorum lectiones in Schuetzii, Butleri, Wellaueri, Langei et Pinzgeri, Blomfieldi, G. Hermanni commentarios congestae sunt. Scholia et ex codice Mediceo deprompta et quae dicuntur Byzantina publici iuris fecit G. Dindorfius, Oxonii 1851. Quibus subsidiis instructus quae cognitione digna videbantur ex cod. Mediceo adnotavi, sive quid ad criticam artem exercendam inde percipi, sive indoles atque condicio ipsius codicis cognosci potest. Neque enim operae pretium est permulta scripturae menda, vilia illa atque futtilia, qualia sunt *καὶ, αὐτὸς, οἰδ' ἐπὶ, οἰ' ἐπειν, ο' εὐρύποροιο*, ubique perscribere. Recentiorum librorum lectiones quas in orationis continuitatem recepi accurate attuli. Quos emendavi locos depravatos vel scholiis vel aliis testimoniis breviter illustravi.

Scribebam Glacii mense Decembri, 1875.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Γλαῦκος ἐν τοῖς περὶ Αἰσχύλου μύθων ἐκ τῶν Φοινισσῶν φησι Φρυγίου τοῦς Πέρσας παραπεποιθῆσθαι. ἐκτίθησι δὲ καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ δράματος ταύτην,

»Τὰδ' ἐστὶ Περσῶν τῶν πάλαι βεβηκότωνα.

πλὴν ἐκεῖ εὐνοῦχος ἐστὶν ἀγγέλλων ἐν τῇ ἀρχῇ τὴν τοῦ Ξέρξου ἤτταν, στορνύς τε θρόνους τινὰς τοῖς τῆς ἀρχῆς παρέδροις· ἐνταῦθα δὲ προλογίζει χορὸς πρεσβυτῶν.¹⁾ καὶ ἔστιν

1) Quae in M. inserta sunt »τῶν δὲ χορῶν τὰ μὲν ἐστὶ παροδικὰ, ὅτε λέγει οἰδ' ἦν αἰτίαν πάρεστιν, ὡς τὸ »Γύριον οἶδμα λιποῦσα« (Eurip. Phoen. 202). τὰ δὲ στάσιμα, ὅτε ἴσταται καὶ ἀρχεται τῆς συμφορᾶς τοῦ δράματος· τὰ δὲ κομματικὰ, ὅτε λοιπὸν ἐν θρήνῳ γίγνεται« ex grammatici cuiusdam libello excerpta hinc removet Blomfieldus.